



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 56. Hanonia a Regis exercitu ferro, flammoque devastata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul XVI. urbem Germani pedites deprædati ingentem stragem edebant, arcem vero Rex solo æquari jubebat. Hisce victoriis Cæsar, qui tum Bruxellis agebat, tantopere turbabatur, ut Anversam recedere statueret, nisi a Ferdinando Gonzaga præpeditus fuisset, qui eidem exposuit, quod retrocedere Cæsaris existimationi, & dignitati minime conveniret; quamvis enim ejus exercitus non adeo copiosus esset, sub signis tamen octo armatorum millia haberet, quibuscum Namurcum tueri, & represso Gallorum impetu Brabantiam a tergo securam reddere posset. Hoc consilium secutus Cæsar Namurcum usque processit, ut hanc urbem, cujus obsidionem pertimescebat, copiis suis tutaretur.

§. LVI.

Hannonia a Regis exercitu ferro, flammæque devastata.

Belcar. l. 26. n. 50. & seq. Ant. Vera, vie de Char-les V. p. 282. Adhucdum Galliarum Rex Dinatii hærebatur, cum Carolus Namurcum veniret, die autem decima octava Augusti Rex, ut Imperatorem ad prælium provocaret, Mariamontium, quod suburbanus Hungariæ Reginæ recessus ad delitias compositus erat, incendio devastari, eodemque furore comburi jussit Balneam aliud oppidum, ubi eadem Regina superbum quoddam Palatium statuit

tuis antiqui operis, necnon eximiis pi-
 cturis ornatum construxerat. Erat hæc Sæcul. XVI.
A.C. 1554.
 urbs penes quemdam alveum Hanno-
 nensis Fluvii constructa, ac tribus leucis
 Montibus dissita, quæ, licet sese Regis
 arbitrio dederet, nihilominus a Gallis
 direpta, ipsumque Palatium immisso i-
 gne consumptum fuit, eodemque fato
 Malebodium, Bayacum, Tragnium, &
 Rutium devastata fuere, ut Rex incen-
 dium ulcisceretur Folembæi Regii pa-
 latii, quod olim a Crojo Rutii Comite
 Reginæ jussu in cineres redactum fuit.
 Nihilominus Galliarum Rex tot urbium
 combustarum crudelitate Cæsarem ad
 certaminis necessitatem adigere haud
 poterat (*). quapropter cum exercitu
 suo castra inter Quercæum, & Valentias
 locare constituit, partim ut majori cum
 opportunitate annonam advehere pos-
 set, partim ut Cæsarem ad relinquenda
 sua munimenta, necnon ad opem utri-
 que

(*) Continuator Cæsarem incussare vide-
 tur, perinde acsi pugnam cum Gallis declina-
 set, cum tamen Thuanus, ex quo hæc descri-
 psit Continuator, referat, quod Cæsarei ultro
 Gallos aggressi sint. *Cum continuis* inquit
 Thuanus, *superiorum dierum imbribus fatiga-
 tus exercitus pluvioso, & admodum nubiloso
 Cælo incederet, commoda Sabauda tempestas
 visa est, qua nostros aggredereetur.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1554 que huic urbi, quarum obsidionem Rex moliri videbatur, ferendam compelleret. Nec vanum erat Regis consilium; quippe Carolus exercitum suum ad pugnam instruens Santandreanum Marescallum, qui postremam aciem duxerat, aggressus est, eumque abs dubio profligasset, nisi Marescallus cum suo Equitatu optime instructo in cujusdam collis declivio tamdiu substitisset, donec ejus copiæ nacto recedendi spatio rivum inscio hoste trajecissent.

§. LVII.

Cæsaris molimina Gallorum exercitum inopine obruendi.

Vera l. c.

Interea Regis exercitus Cameracensem Agrum, Hannoniam, Brabantiam, totamque Namurcensem ditionem ferro, flammaque devastabat, tandemque in Arthesiæ Comitatum irrumpens, eundem pariter depopulabatur, postea Renticanos præfidiarios deditonem facere jubebat, iis vero renuentibus Rex urbem obsidere constituit. Eo tempore Rentica exiguum erat oppidum arce munitissima firmatum, atque in Arthesiæ Comitatu ad oram Alphæ fluminis quinto lapide Bologna distitum, quod Anno Christi millesimo sexcentesimo trigesimo octavo a Gallis penitus destructum fuit: dum igitur ad inchoandam urbis obfidio-